



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus XI. Vigilantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

rum, & pupillorum, acrius tuiti, quam Christiani. Sylveira in Act. 25. q. 4.

Viduas honora. 1. Tim. 5. 3. Honor in Scriptura, non tam in salutationibus deferendis, quam elemosynis, ac munerum

oblatione, sentitur. S. Hieronym. in Matth. 13.

Duo ista nomina (viduæ, & pupilli) in quantum despectui humano, in tantum divinæ misericordiæ exposita suscepit tueri Pater omnium. Tertull. l. 1. ad ux. c. 8.

TITULUS XI. VIGILANTIA.

Speculatorem dedi te Domui Israël. Ezech. 3. 17. Vigilantiæ Pastorum Symbolum sunt psittaci Brasiliæ; qui, dum gregem pascuntur, speculatorem unum è grege suo collocant in arboris cacumine: qui, si quid periculi superveniat, signum edit; quò reliqui possint avolando sibi consulere. Cornelius hic.

Vigilate. Matth. 24. 42. Opus est vigilare, sive vesperti, id est, in juventute; sive mediâ nocte, id est, in medio vitæ humanæ tenebrôsæ; sive galli cantu, quando jam Senior est; sive manè, quando jam senectute provectus est. Origines tr. 30. in ep. Tim. 24. Quatuor sunt, quæ faciunt hominem vigilare: galli cantus, id est, prædicatio divini verbi: solis ortus, id est, Christi gratia: timor furis, id est, consideratio mortis: sollicitudo rei familiaris, id est, desiderium Regni coelstis. Hugo Card. hic.

Si in secunda vigilia. Luc. 12. 38. Pri-

ma vigilia primævum tempus est, id est, pueritia: secunda adolescentia, vel juvenitus: Tertia senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, custodiat secundam. Et qui vigilare in secunda vigilia noluit, tertiæ vigiliæ remedia non amittat. S. Gregor. hom. 13. in Matth. 25.

Revera plus vigilare, plus vivere est. S. Chrysost. f. 24.

Perniciosissimus nimis est repentinus hostis, nam aut inscios prævenit, aut incautos præoccupat, aut opprimit dormientes. Hinc est, quòd Christus Rex noster ante sacula per totam sæculi noctem milites suos præmandatis vigiliarum vicibus commonuit, contra diaboli, id est, veteris hostis subtilissimum dolum. Idem f. 27.

Antiqua est familiarum devotio; familiare bonum omnibus Sanctis. S. Isidorus de offic. Eccl. l. 1. c. 22.

TITULUS XII. VINUM.

Noë plantavit vineam. Gen. 9. 20. In Symbolis Romanorum reperimus: Noë, qui primus vineam plantavit, quem Janum illi dicebant, miscuisse viti, & vino, sanguinem quatuor animalium, simiæ, leonis, porci, & agni: quia vinum facit vel motiones, quasi Simias; vel pugnaces, ut leones; fœdos, ut porcos; alios mansuetos, blandos, pios, ut agnos. Cornelius hic.

Bibensq, vinum inebriatus est. Gen. 9. 21. Aquæ infinitæ non potuerunt, vincere ipsum; vinum autem vile inter dormiendum iusti viri corpus nudavit. A modico, vilique, vino victus est dormiens. S. Ephrem de Virginitate.

In quo augurari solet. Gen. 44. 5. Tradit Julius Sirenus l. 9. de fato c. 18. Egyptios, & Assyrios, pelves, & scyphos, aquâ replere; deinde certis verbis dæmonem advocare solitos; ac tum dæmonem, instar sibi, ex aqua dedisse responsa. Dices: ergo ne Joseph talem hic se profiteatur magnum?

Respondeo: pro *augurari* Hebr. est *nacfas*, quod significat *presagire*, & divinare; sive augurio, seu naturali sagacitate. Unde Chaldaus vertit: *probare*. Joseph ergo hoc scypho, eum vinò plenum hospitibus suis propinando, naturaliter divinabat, & explorabat; hospitum suorum temperantiam, prudentiam, & arcana cordis: & hic explorabat, quis fratrum in Benjaminum esset amicus? Cornelius hic.

Vinum latificat. Judic. 9. c. 13. Calefacit, laxat, funditque cor, ideoque latificat: laticia enim est cordis laxatio, & diffusio, quam facit calor. Tristitia verò ejusdem contractio, & torpor; quam causat frigus: quare indicibilem sympathiam habet cum corde. Cornelius hic.

Aquam vinum factam. Joan. 2. 9. Et si aquam vinum in nuptiis fecerit, non tamen permisit inebriari. Clem. Alex. pæd. l. 2. c. 2.

Si quid itaque in me potest esse consilij, si experto creditur: hoc primum moneo, hoc